

Dietrich I. von Liechtenstein als Zeuge Leopolds des Glorreichen.

(Zwischen Wien und Gumpindorf, 29. Juli 1207.)*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Liupoldus dei gracia dux Austrie et Stirie omnibus in Christo fidelibus salutem inperpetuum. Res gesta sublapsu temporis non labetur, que scripti memoria perhennatur. Innotescat ergo tam presentibus quam futuris, quia dilectus et fidelis noster Gotfridus camerarius capellam in curia sua in honore sancte trinitatis constructam matrici ecclesie sancti Stephani cum omni iure per manum domini Wolfkeri Patauiensis episcopi reconpensato concambio sic exemit, ut et uxori sue Goldrune, et suis filiis et filiabus si generabunt, ius patronatus iam dicte capelle retineat, et dotem eiusdem capelle quae fundata est et dotata et postmodum de quocunque contradetur in defensionem nostram sub iure patronatus posuerit. Si uero sine heredibus eos decedere contigerit, ipsum ius patronatus cum omni libertate qua possident nobis uel quicumque princeps austrie successerit, tradiderunt. Vt autem ista tradicio non possit inposterum infirmari sigilli nostri memoria subscriptis testibus concessimus roborari. Testes: Hainricus de Tumbenowe. Hainricus dapifer de Prvne. Rudolfus de Potintorf. Vlricus Struno marscalcus. et frater suus Wernhardus. **Tietricus de Liehtinstain.** Hadmarus de Sunnenperc. Hainricus de Tribanswinkle camerarius. Liupoldus pincerna. Hugo frater eius. Wikardus de Sancto Vito. Vlrich Asinus. Vlricus de Waehingen. Hainricus de Crvmpach. Tietricus Stuhsse. Vlricus frater eius. Hugo frater eius. Rudiger de Zolve. Hainricus de Trawistetten. Vlricus filius Swertzgeri. Cunrat Matze. Tietmar de Raetilnperc. Rudolfus de Piela. Kaloch de Aecilinstorf. Tiemo Gweltiln. Wikerus. Hainricus Swews. Tietrich. magister monete et alij quam plures. Acta sunt hec infra Wiennam et Gumpintorf. Anno incarnationis domini M^o. CC^o. VII^o. Indictione X^o. IIII^o. Kal. Augusti.

LS

Reiterfiegel, Umschrift nicht mehr gut lesbarlich.

*) Orig. Perg. im k. u. l. H. H. u. St. Archiv.